Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

postquā elatus est sublime. Si enim intellexisset ori imposuisset manum.
Qui enim fortiter premit ubera ad eliciendum lac: exprimit butyrum. Et qui ve-
hementer emungit: elicit sanguinem. Et qui provocat iras: pducit discor-
sio qua eruditur eum mater. Verba lamuhel regis. Cdus-
Visio qua eruditum eum mater
sua. Quid dilecte mi. Quid dilecte ute-
ri mei. Quid dilecte uo-
tor meorum. Ne dederis mulieribus substantiam tuam: et diuitias tuas
adhibendos reges. Nolite regibus o lamuhel nolite regibus dare uinum: quia nullum
secretum est ubi regnat ebrietas: ne forte bibant et obliuiscantur iudicio
et mutent causam filiorum pauperum. Date siceram merentibus: et uinum his qui
amaro animo sunt. Bibant ut obliuiscantur egestatis suae: et doloris sui non
recordentur amplius. Aperi os tuum muto: et causis omnium filiorum qui pertranse-
unt. Aperi os tuum decernite quod iustum est: et iudica inopem et pauperem. Aleph.
Mulierem fortem quis inueniet. Procul et de ultimis finibus pretium eius. Beth.
Confidit in ea cor uiri sui: et spolis non indigebit. Gimel. Reddet ei bonum
et non malum omnibus diebus uitae suae. Deleth. Quaesiuit lanam et linum: et opera est
consilio manuum suarum. He. Facta est quasi nauis institoris: de longe por-
tans panem suum. Vau. Et de nocte surrexit deduxit: praedam domesticis suis.
et cibaria ancillis suis. Zai. Considerauit agrum et emit eum: de fructu
manuum suarum plantauit uineam. Heth. Accinxit fortitudine lumbos
suos: et roborauit brachium suum. Gustauit et uidit quoniam bona est negociatio
eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Jod. Manum suam misit ad fortia:
et digiti eius apprehenderunt fusum. Caph. Manum suam aperuit inopi: et pal-
mas suas extendit ad pauperem. Lamech. Non timebit domui suae a frigore
niuis. Omnis enim domestica eius uestita est duplicibus. Mem. Stragulatam
uestem fecit sibi: bissus et purpura indumentum eius. Nun. Nobilis inpor-
tis uir eius: quando sederit cum senatoribus terrae. Samech. Syndonem fecit
et uendidit: et cingulum tradidit chanaeo. Ain. Fortitudo et decor
indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Phe. Os suum aperuit